Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



22

mmoyse lapidata sit inuite et
inuitati. et omnes eundem et
cum spiritualem manducaue
runt. et omnes eundem potu
spiritalem biberunt. Bibebant
autem de spiritali sequenta eos pe
tra. petra autem erat christus. Tr.
Adiutor in opportunitatibus in tribu
latione spernunt te qui nouerunt te
quia non derelinquis querentes te
domine V. Quia non in finem obliuio
erit pauperis paciencia pauperis non pe
ribit in finem exurge domine non preua
leat homo Tr. Exclamabis
clamabit ad te domine domine exaudi vo
cem meam V. Fiant aures tue in
tendentes in vocem deprecacionis mei.
V. Iniquitates observabis domine
quis sustinebit V. Quia apud
te propiciacio est et propter legem tuam su
stinuit te domine. Sti. Matthei
Illo tempore. Dixit ihs. parabolam
hanc. Simile est regnum celo
rum homini patrifamilias. qui
exiit primo mane conducere ope
rarios in vineam suam. Conuen
cione autem facta cum operariis ex de
nario diurno. misit eos in
vineam suam. Et egressus circa
horam tertiam. vidit alios sta
tes in foro ociosos. et illis dixit
ite et vos in vineam meam. et quod
iustum fuerit dabo vobis. Illi autem
abierunt. Iterum autem exiit circa
sextam et nonam horam. et
fecit similiter. Cum autem vndecima
vero exiit. et invenit alios
stantes. et dicit illis. Quid
hic statis tota die ociosi? Di
cunt ei. Quia nemo nos con
duxit. Dicit illis. Ite et vos
in vineam. Cum sero autem fac
tum esset. dicit dominus vinee pan
tiori suo. Voca operarios et red
de illis mercedem suam. incipi
ens a nouissimis usque ad pri
mos. Cum venissent ergo qui
circa vndecimam horam venerunt.
acceperunt singulos denarios
Venientes autem et primi arbitra
bantur quod plus acciperent.
acceperunt autem et ipsi singulos
denarios. Et accipientes murmurabant
adversus patrem familias dicentes. Hi nouissimi
una hora fecerunt. et pares
eos nobis fecisti. qui portauimus pondus diei et estus.
At ille respondens vni eorum
dixit. Amice non facio tibi iniuriam.
Nonne denario conuenisti
mecum? Tolle quod tuum est
et vade. Volo autem hoc nouissimo
dare sicut et tibi. Aut non licet
mihi facere quod volo? An oc
culus tuus nequam est. quia ego

38